



213.

229.

# Classis IIII.

## DISPUTATIO I.

DE RERVM QVALITATE,  
ET DIFFERENTIA.

QVAM

*Divinâ aspirante gratiâ.*

PRÆSIDE,

CLARISSIMO,  
ET CONSULTISSIMO  
VIRO, DN. HENRICO BOCCERO V. I. D  
*eminentissimo, & in illustri Academia Tübinger Professo-*  
*re celeberrimo, Domino Præceptore suo*  
*honorando:*

ORDINARII EXERCITII GRATIA,  
tempore, locoque solitis, pro ingenij tenuitate  
defendere conabitur

M. GEORGIVS LEBEMYCVS  
*Austriacus.*



TUBINGAE  
Excudebat Georgius Gruppenbachius.

M. D. X C I X.

a



# CLASSIS QVARTAE

## DISPVTATIO PRIMA,

*DE RERVM QVALITATE,  
ET DIFFERENTIA.*

### THEISIS I.

**A**C T E N V S D E A D Q V I S I T I O N E,  
& amissione obligationis: Nunc de adquirendo, &  
amittendo rerum dominio nobis differendum.  
*Hac transitio patet ex thesi 2. disputationis 2. classis 1.*

### II.

In acquisitione, & ammissione dominij rerum spectamus in uniuersum tum ipsarum rerum qualitatem: tum quid sit dominium rerum, & quæ eius species: tum etiam sigillatim ipsam acquisitionem, & amissionem dominij rerum speciei cuiusque; tum denique actiones, quæ nobis in res iure dominij acquisitas competitunt.

### III.

Qualitas rerum est conditio earum, quâ hoc vel illo modo ipse res se habent, & affectæ sunt; (a) eaquæ ex diuisione earundem cognoscitur. (b)

a) *Donel.lib.9. Comment.cap.21.pag.469.* (b) *Cuias.in parat.ff.  
de diuis.rer. & qualit.*

### IV.

Etsi autem rerum nulla nobis vbiique vera apparent genera; vbertas tamen permagna modis quibusdam distinguitur. Et primò quidem diuiduntur res in corporales, & incorporales. Corporales res sunt, quæ sui naturâ sub tactum, & visum cadunt; vt sunt fundus, homo, vestis, aurum, argentum.

*I. i. §. Quædam præterea. ff. de diuis. rer. & qualit. & tit. Instit. de reb. corpor. & incorpor. in princ. & §. i.*

## V.

**C**orporales res vel mobiles sunt, vel immobiles. Mobiles res sunt, quæ integræ loco moueri, & ex uno loco in alium transferri possunt.

*I. si chorus 79. ff. delegat. 3. l. à Diuo Pio 15. §. in venditione. ff. de re iudic. l. possideri 3. §. si rem. ff. de adquir. vel amitt. possess. l. verum 25. ff. de furt. l. 2. ff. de sup. legat. l. vlt. ff. de adquir. rer. domin.*

## VI.

Mobiles res aut mouentes sunt, aut in specie mobiles dicuntur. Res mouentes dicimus animalia, quia se ipsa mouent. Mobiles verò res vocamus res inanimatas.

*I. Mouentium 93. vbi vide Ioan. Gœdd. num. 2. ff. de verb. sig. & l. vn. C. de usucap. transformand. obstat l. 2. ff. de sup. legat.*

## VII.

Res immobiles sunt, quæ loco moueri nequeunt. (a) Atque hæ vel res soli sunt, vel solo cohærentes. (b)

*a) l. quia aceruu 10. ff. Quod vi, aut clam. l. 1. §. & generaliter. ff. de vi, & vi armat. (b) Tit. 1. §. vlt. ibi, aut solo cohærentibus. lib. 2. Feudor.*

## VIII.

Res soli sunt fundi; (a) qui vel singuli considerantur, vel in universitate, velut in territorio, (b) Ducatu, Marchia, Comitatu, (c) Baronia. (d)

*a) l. 1. ibi, siue mobiles sint, siue soli; quare fundum quoq. ff. de Triti-car. act. l. quam Tuberoni 7. §. in peculio autem. ff. de pecul. l. 1. §. 1. ff. de rei vindicat. l. vn. vers. Ideo per præsentem. C. de usucap. transform. (b) l. Pupillus 239. §. Territorium. ff. de verb. sig. (c) Tit. 14. in princ. lib. 1. Feudor. & Tit. 10. lib. 2. Feudor. (d) c. fundamenta, in fine, ibi, sub nomine Comitatus, Baronie. Tit. de elect. in 6.*

Res

## DISPUTATIO I.

## IX.

Res solo cohærentes sunt res solo iunctæ, ut arbores, (a) ædificia, (b) castra, (c) molendina, (d) sylva, (e) lacus, & stagna. (f)

(a) *I. si alius fecerit 7. §. Notauimus, vers. at qui arbores. l. interdictum 19. ff. Quod vi, aut clam.* (b) *I. Quia acerius 10. ff. Quod vi, aut clam. l. Adeò 7. §. cùm in suo solo. ff. de adquir. rer. dom. §. cùm in suo solo. Instit. de rer. diuis.* (c) *Tit. 4. §. Item si vasallus possederit castrum. lib. 1. Feudor. iunct. dict. Tit. 1. §. vlt. lib. 2. Feudor.* (d) *I. Quæsum est 12. §. molas. iunct. §. seq. & l. cùm fundus 21. vers. de molis. ff. de instruct. vel instr. leg.* (e) *I. Item si fundi 9. §. vlt. & l. seq. l. si absente 48. §. vlt. ff. de usufruct.* (f) *I. Quid tamen 10. §. Agri, vel loci, & §. seq. ff. Quib. mod. usufruct. vel usus amitt. l. 1. §. lacus est, & §. seq. ff. ut in flum. pub.*

## X.

Sunt quidem & fructus pendentes res solo cohærentes, siquidem pars fundi dicantur; (a) at si eorum finem species, qui in ipsis à solo separatis cernitur, res potius mobiles, quam immobiles censentur. (b)

(a) *I. Fructus pendentes 44. ff. de rei vindicat. l. Julianus 13. §. Si fructibus. ff. de actionib. empt. & vendit. vide Didac. Couar. lib. 1. variar. resolut. c. 2. p. 15. num. 1. Vbi usum huius conclusionis vide.* (b) *Vt pulchre ostendit Tiraquel. de retract. gentilit. §. 1. gl. 7. n. 42. 43. 44. & seqq.*

## XI.

*Quæritur de pecunia, prædiorum emptioni destinata, an mobilis sit, vel immobilis? Nos eam mobilem esse affirmamus.*

*Per l. fundi 17. §. ea, quæ 10. ff. de actionib. empt. & vendit. l. ligni 55. §. si lignum 7. ff. de legat. 3. Facit quoque arg. l. librorum 55. §. Unde 5. & §. seq. ff. d. t. Sed multi dissentunt, de quibus Andr. Geil, lib. 2. obseru. pract. obseru. II.*

## XII.

*Est quoque res mobilis pecunia ex venditione prædij redacta.*

*Aliud enim est premium, aliud res ipsa. l. fundum 28. ff. de nouat. l. Si alij*

*a. 3.*

*42. §. l.*

4 GLASSIS III.

42. §. i. ff. de usufruct. l. Nemo 82. ff. de verb. oblig. Et nummus ex refurtiæ redactus, non est furtius. l. Qui vas 48. §. vlt. ff. de furt. Et qui ex vno testamento habet estimationem, ex altero rem petere non prohibetur. l. Mænius. 66. §. i. ff. de leg. 2. l. planè 34. §. i. ff. de legat. l. Res item empta ex pecunia mea, non est mea. l. Si ex ea 6. C. de rei vindicat. Neque ex pecunia dotali res comparata est dotalis. l. Ex pecunia 12. C. de iur. dot. Nec ex pecunia pignori obligata, est pignorata. l. Idemq; 7. §. vlt. ff. Qui pot. in pignor. hab.

XIII.

Incorporales res sunt, quæ suâ naturâ tangi, & videri non possunt, sed tantum intellectu percipiuntur; ut sunt seruitutes prædiorum, vsusfructus, vsus, habitatio, hereditas, bonorum possessio, feudum, nomina, & actiones.

ā. l. i. §. Quædam præterea. ff. de rer. diuision. & qualitat. & dict. §. Incorporales. & §. vlt. Institut. de rebus corporalib. & incorporalib. De hereditate est quoque textus in l. hereditas 50. in prin. ff. de petit. hered. De bonorum possessione in l. 3. §. i. & 2. ff. de bonor. possess. De feudo est textus in Tit. 1. §. vltim. & Tit. 23. §. vlt. ibi, vsusfructus verò. lib. 2. Feudor. De nominibus, & actionibus est text. in d. §. Incorporales. ibi, Et obligationes, Institut. de reb. corporal. & incorporalib.

XIV.

Has autem res ideo à mobilibus, & immobilibus separamus, quia neque mobiles, neque immobiles sunt, aut dici possunt.

Per l. 2. in prin. C. de quadriennij præscript. l. à Diuo. 15. §. In venditione. §. Sic quoque, & §. Item quid dicemus. ff. de re iudic. l. cùm hereditas 36. ff. ad Senatus consult. Trebell. l. heredes. 25. §. i. ff. famil. ercisc. l. Quam Tuberonis sententiam 7. §. In peculio. vbi Bart. ff. de pecul. l. vlt. ff. de donat. l. i. §. exactio. C. de rei vxor. act. Arius Pinel. post alios ad rubric. C. de bonis mater. part. i. num. 24. & Hoteman. lib. 3. obseru. cap. 3. Haud pauci tamen secus sentiunt.

Caterūm

## DISPUTATIO I.

## XV.

Cæterum quandoque res incorporales eodem iure censentur, quo res immobiles: quippe cum seruituti idem ius tribuatur, quod rei immobili: (a) Et annona ciuilis eodem iure habeatur, quo res immobilis: (b) Reditus item annui ad tempus longum duraturi rebus immobilibus accenseantur: (c) Tum etiam nomina, & actio-nes immobilium rerum nomine competentes, in rebus immobilibus numerentur. (d)

(a) l. 2. C. de seruitut. & aqua. (b) Nouel. 7. de non alienand. vel permutand. reb. eccles. in princ. §. Hac ergo nos. vers. Vult enim illa. ibi. Nam & haec inter immobilia sunt numeranda. (c) Mynsing. cent. 1. obser. 69. & Andr. Geil. lib. 2. obseruat. practic. obs. 10. (d) Qui enim actionem habet ad rem immobilem, ipsam diuinem habere vide-tur. l. Qui actionem. ff. de reg. iur. Et obligatio diuidua, vel indiu-  
dua censetur ex re in eam deducta. l. Stipulationes non diuiduntur 72.  
& l. 2. §. 1. l. 4. §. 1. l. In executione 85. ff. de verb. obligat. Item obli-gatio, & actio certa, vel incerta dicitur respectu eius, quod obligatione con-  
tinetur. l. Vbi aut. 75. ff. d. t. & l. certi 9. C. de reb. cred. His rationib.  
accedit etiā autoritas gl. in dict. Nouel. 7. in prin. vers. vult enim illa. in  
verb. numeranda. Ias. in l. vlt. num. 122. C. de iur. emphyt. Paul. Castr.  
ad l. Quam Tuberonis 7. §. fin. ff. de pecul. Anton. Gomez. Tomo 2. com-  
ment. cap. 10. num. 2. Andr. Alciat. ad l. Mouentium 93. ff. de verb.  
sig. Andr. Tiraquel. de retract. gentilit. §. 1. gloss. 7. num. 1. Pinel. ad  
Rubr. Cod. de bonis mater. part. 1. num. 33. Andr. Geil. lib. 2. obseru.  
practic. obseru. 11. num. 10.

## XVI.

SECVND O distinguuntur res, quod vel in patrimonio nostro  
habeantur, ve extra nostrum sint patrimonium. (a) In patrimonio  
nostro habentur res, quæ singulatim nostræ sunt. (b) Eæque aut si-  
cales sunt, aut omnino sunt priuatæ. (c)

(a) l. 1. in prin. vers. Quod autem. & vers. seq. l. In tantum 6. §. 1. ff. de  
dinis. rer. & Tit. Instit. derer. diuisi. in prin. (b) d. l. 1. in prin. vers. Priua-  
ta autem.

ta autem. & l. In tantum 6. §. vniuersitatis. vers. Ideoq;. ff. de diuif. rer.  
 (c) l.3. §. pen. ff. de iur. fisc. l.1. ibi, siue priuatæ, siue fiscalis, C. de pœna iu-  
 dic. qui male iudic. l. 1. §. Sed & constitutio, ibi, vel priuatis, vel fiscalibus.  
 ff. de calum. §. Thesauros, vers. Cui conueniens. ibi, in fiscali. Instit. de  
 rer. diuif. & §. vlt. ibi, quæ in fiscalibus alienationibus. Institut. de  
 vsucap.

## XVII.

Res fiscales appellantur, quæ sunt in Principis, tanquam Prin-  
 cipis patrimonio; (a) cuiusmodi sunt regalia minora. (b)

(a) l.2. §. Hoc interdictum 4. ff. Ne quid in loc. publ. l. pacta conuenta  
 72. §. vlt. vers. sed in patrimonio fisci. ff. de contrah. empt. Hotoman. lib.  
 quæst. Illistr. quæst. 1. (b) Tit. 56. Quæ sint regalia. vbi Hotoman. & alij.  
 De regalibus autem infra disputatione peculiari agemus.

## XVIII.

Priuatæ res sunt, quas quisque tanquam priuatus in suo patri-  
 monio habet; (a) Quales etiam sunt res Principis, non ut Principis,  
 sed ut priuati, veluti Arcadij, Honorij, Antonini, Ferdinandi, Ma-  
 ximiliani, Rudolphi. (b) Cuiusmodi res dicuntur etiam Principis  
 substantia, res dominicæ, item patrimoniales res. (c)

(a) d. l. 1. in princ. vers. Priuatæ autem. ff. de diuif. rer. (b) §. vltim.  
 Instit. de vsucap. l. cum seruus 39. §. vlt. ff. de legat. 1. & l.3. C. de quadrien.  
 prescript. (c) l. pen. & vlt. C. de fund. patrim. lib. 11. Hotoman. lib.  
 quæst. Illistr. quæst. 1.

## XIX.

Priuatæ res vel in bonis nostris sunt, vel sunt, ex bonis nostris,  
 siue (quod idem est) extra bona nostra.

l. 1. ff. de vsu & vsufruct. legat. l. Rem in bonis. 52. ff. de adquir. rev. dom.  
 l.2. §. In hac actione 22. ff. vi bonor. raptor. l. vlt. §. Non solùm autem. ff.  
Quæ in fraud. creditor. l. libertus 36. ibi, Prædia sunt aliqua ex bonis liberti.  
 ff. de bon. libertor. & §. vlt. Inst. de vi bonor. raptor.

In bonis

## DISPUTATIO I.

## XX.

In bonis nostris dicuntur esse res, quorum dominium nostrum est, ut eas possidentes exceptione tueri, & retinere, & amissas actione in rem recuperare possimus.

*l. Rem in bonis 52. ff. de adquir. rer. dom. iunct. d. l. 2. §. In hac 22. ff. vibonor. rapt. & §. vlt. Inst. de vi bonor. rapt.*

## XXI.

Ex bonis, siue extra bona nostra dicuntur esse res, quæ quidem nostræ non sunt; interest tamen nostrâ, eas nobis non auferri; ut sunt, quas bonâ fide possidemus, quarum item usumfructum, vel quod aliud ius habemus; tum etiam quæ nobis commoda-  
tæ, locatæ, pignoratæ, vel apud nos depositæ sunt.

*d. l. 2. §. In hac actione. 22. ff. vi bonor. rapt. & d. §. vlt. Inst. vibonor. raptor. Vide Ioan. Goedd. ad l. Bonorum appellatio. 49. n. 15. & seqq. ff. de verb. sign.*

## XXII.

Ad hanc distinctionem referimus quoque usumfructum, & seruitutes, quas in bonis nostris esse dicimus.

*Per l. in venditione 8. in prin. ff. de reb. aut. iudic. poss. Sed obstat videtur l. 1. ff. de usu, & usufruct. legat.*

## XXIII.

Extra patrimonium nostrum res esse dicuntur, quæ singulatim nostræ non sunt. (a) Atque haec vel communes sunt, vel publicæ, vel universitatis, vel nullius. (b)

(a) *l. 1. in prin. vers. Quod autem, & vers. seq. l. In tantum 6. §. 1. ff. de diuis. rer. (b) §. 1. vers. Quædam enim. iunct. §. singulorum. Inst. de rer. diuis. Sed obstat videtur huic diuisioni. l. 2. ff. de diuis. rer. vid. l. 4. ff. d. t.*

## XXIII.

Res communes sunt, quæ quidem proprietate nullius sunt in b. bonis,

bonis, vſu tamē, & conditione adquirēndi ad omnes gentes perti-  
nent; vt sunt aer, volucres cœli, aqua profluens, mare, & litus maris,  
item insula, & pisces in mari nati, gemmæ, lapilli, qui in litore maris  
habentur, & feræ bestiæ.

§. Evidem naturali. & §. Feræ igitur bestiæ. Institut. de rer. diui-  
sion. l. 2. §. 1. l. 3. & l. 4. ff. de diuis. rer. l. 1. l. 2. l. 3. & l. Quod in litore. l. 4. ff.  
de adquir. rer. dom. l. litora si. ff. de contrah. empt. & vendit. l. 3. §. 1. ff. Ne  
quid in loc. publ.

## XXV.

Aqua profluens est ipsa fluminis aqua, quæ est communis quo-  
ad ipsum potandi, & lauandi vsum.

Cuiac. in not. posteriorib. ad Tit. Institut. §. 2. & ibid. etiam Francisc. Ho-  
roman. & Donell. lib. 4. comment. cap. 2.

## XXVI.

Publicæ res sunt, quæ ad certum aliquem populum, pertinent,  
publicis ipsius vſibus destinata; ut quæ ad populum Romanum per-  
tinent.

l. Bonaciuſtatis. 15. l. eum qui. 16. l. inter publica. 17. ibi, nec quæ pu-  
blicis vſibus destinata sunt. ff. de verb. sign. l. 2. §. ad ea igitur loca. ibi, quæ  
publico vſui destinata sunt. ff. ne quid in loc. pub.

## XXVII.

Huiusmodi res sunt flumina perennia, & portus, itemque ripa-  
rum vſus; (a) tūm etiam alueus fluminis. (b)

a) §. flumina autem. & §. Riparum. Inst. de rer. diuis. l. 4. in fin. & l.  
seq. ff. de diuis. rer. l. 1. §. item flumen quodam sunt perennia. ff. de flu-  
minib. (b) §. quod si naturali. 23. Institut. de diuis. rer. l. 1. §. si insula. ff.  
de fluminib.

## XXVIII.

Et licet litus maris commune sit; attamen alicubi iure gentium  
publicum, id est, populi Romani est.

l. 3. in prin. ff. ne quid in loc. publ. & §. litorum quoq. Institut. de rer.  
diuis.

Vniuer-

D I S P U T A T I O I.

1234

X X I X.

Vniuersitatis res sunt, quæ in vniuersum ad certam aliquam ciuitatem pertinent, non pro parte ad singulos ciues.

*l. In tantum 6. §. vniuersitatis. ff. de diuis. rer. & §. vniuersitatis. Institut. de rer. diu.*

X X X.

Quod de ciuitate dicimus, exaudiri quoque debet de pagis, & vicis.

*Per l. Si heres. 73. §. 1. vbi gl. ff. de Legat. 1.*

X X X I.

Sunt autem res ciuitatis in duplii differentia; quædam enim in publico vsu habentur, ut theatrum, stadium, forum, & cætera vsibus ciuitatum perpetuò exposita. (a) Quædam verò pecuniâ ciuitatis continentur. (b) Illæ à commercio sunt exemptæ; hæc non item. (c)

(a) *d. l. In tantum. 6. §. vniuersitatis. ff. de diuis. rer. & dict. §. vniuersitatis. Institut. de rer. diu.* (b) *l. Sed celsus. 6. in prin. ff. de contrah. empt. & vend.* (c) *d. l. Sed Celsus. 6. in fine prin. iunctâ. l. Si in emptione. 34. §. omnium. ff. d. t. & §. Idem iuris est. Institut. de inutilib. stipulat.*

X X X I I.

Qui communī, publicā, vel vniuersitatis re, publico vsui destinatā, vti prohibetur, veluti qui in mari, aut flumine publico piscari, vel in vniuersitatis balneo lauare, vel in theatro spectare, vel in campo publico ludere ab aliquo prohibetur, contra ipsum impedientem iniuriarum actionem mouere potest.

*l. Iniuriarum 13. §. vlt. ff. de iniur.*

X X X I I I.

Res nullius propriè dicuntur, quæ non humani, sed diuini iuris sunt, veluti res sacræ, religiosæ, sanctæ.

*l. 1. in prin. & l. in tantum. 6. §. Sacra. & §. seq. ff. de diuis. rer. §. nullius.*

*Instit. de rer. diu.*

b 2.

Res

## XXXIII.

Res sacræ sunt, quæ Deo rite, & publicè sunt consecratæ; (a) quæ consecratio antiquitus fiebat per solos Pontifices, (b) vel Imperatores. (c) Nouo autem iure fit per Episcopos cuiusq; loci. (d)

- (a) d.l. In tantum 6. S. sacræ autem res. & l. sacra 9. in prin. ff. de diuis. rer. (b) 5. Sacræ res. Inst. de rer. diuis. (c) d.l. Sacra 9. 5. 1. ff. d.t. (d) Nouel. 67. cap. 1. & Nouel. 131. cap. 7.

## XXXV.

Res sacræ vel ad Dei cultum directò, & immediatè destinatæ sunt; vt templa, donaria, libri sacri, calices, & omnis alia supellex sacra; (a) vel ad ministerij sustentationem potissimum Deo consecratæ sunt, veluti decimæ, redditus annui Ecclesiæ, eiusque prædia. (b)

- (a) 5. Sacra. Inst. de rer. diuis. & l. Sancimus. 17. C. de S S. Eccles. (b) can. Praefulum. 16. quest. 3. can. concessio vobis. & can. seqq. 12. quest. 2.

## XXXVI.

Religiosæ res dicuntur sepulchra humani corporis. (a) Sed vt locus religiosus fiat iure Canonico, non sufficit humani cadaueris illatio, sed insuper necesse est, vt accedat consecratio Pontificis, vel Antistitis. (b)

- (a) d.l. In tantum 6. S. religiosum. ff. de diuis. rer. & 5. religiosum. Inst. de rer. diuis. (b) c. Adhac. ext. de religiosis domib. & Tot. Tit. ext. de sepultur.

## XXXVII.

Locus autem purus, in quem mortuus inferatur, proprius sit, necesse est, vel communis; in quem tamen inuito socio extraneus inferrinon potest. In locum alienum consentiente domino inferre licet; cuius etiam ratihabitio h̄ic sufficit.

*l. Si plures 41. ff. de relig. & sumpt. funer. & 5. In communem. & §§. seqq. Inst. de rer. diuis. Sed hodie in singulis ferè Parœcijs publicè constituta sunt cæmeteria, in quæ mortuos suos inferre quilibet potest.*

Ceno-

## DISPUTATIO I.

11

## XXXVIII.

Cenotaphia autem religiosa non sunt.

*l. sed Diui fratres 7. ff. de diuis. rer. l. vel quod 6. in fin. ff. de relig. & sumpt. funer. obstat d. l. intantum 6. in fine. ff. de diuis. rer.*

## XXXIX.

Res sanctæ dicuntur, quæ ab iniuria hominum sanctione pœnali defensæ, subnixæ, atque munitæ sunt; veluti muri, non solum urbis, sed & municipij; item portæ, leges, & legati.

*l. sanctum 8. l. sacra 9. §. proprie, & §. seq. l. vlt. ff. de diuis. rer. §. sanctæ. Instit. d. t. In muris municipiorum Bart. & alij dissentunt.*

## XL.

Sunt quidem & hæ res diuini iuris, verūm non absolutè, vt res sacræ, & religiosæ, sed quodammodo.

*l. i. in princ. ibi, quodammodo diuini iuris sunt, & d. l. sacra 9. §. proprie. ff. de diuis. rer. §. sanctæ quoque. ibi, quodammodo diuini iuris sunt. Instit. eod. tit.*

## XLI.

Qui autem muros ciuitatis violat, scalis admotis transcendit, cùm hostile id sit, capite punitur. (a) Quin etiam sine Principis, vel Præsidis autoritate muros nec reficere, nec aliquid eis coniungere, vel superponere licet. (b)

a) *l. vlt. ff. d. tit.* (b) *d. l. sacra 9. §. pen. ff. eod.*

## XLII.

TERTIO distinguuntur res hoc modo: Quarundam rerū commercium est, quarundam non est commercium. (a) Illarum dicimur quoque habere commercium: harum verò commercium habere negamur. (b) Illæ item in commercio esse; hæ commercio exutæ, siue exemptæ dicuntur. (c)

a) *l. sed Celsus 6. in prin. ff. de contrah. empt. & vendit.* (b) *l. quædam 62. ff. de adquir. rer. dom. l. multum 34. ff. de verb. oblig. l. filiusf. 114.*

b 3

§. si

§. si quid alicui. ff. de legat. i. l. Mortuo bove 49. §. Labeo, & §. seq. ff. de leg. z. (c) l. si in emptione. 34. §. i. ff. de contr. empt. & vendit.

## XLIII.

Commercium est ius alienandæ, & comparandæ rei. Vnde eius rei commercium esse traditur; Item illius rei commercium habere dicimur, quam alienare, & comparare nobis possumus. Quam non possumus alienare, vel comparare, eius commercium non est, non habemus illius commercium.

Vlpian. tit. Inst. 19. de dominij. Et est text. in l. statu liberi. 29. vers. quoniam lex. ff. de statu lib. & in legib. ad precedentem thesin adscriptis.

## XLIII.

Quarundam autem rerum commercium planè nullum est; quædam verò in commercio sunt hominum aliquorum. Nullum quarundam rerum est commercium vel naturâ, vel iure. Naturâ commercium est nullum earum rerum, quæ neque in rerum naturâ sunt, neque futuræ sperantur, vt animal mortuum, Hippocentaurus, domus exusta, & hereditas viuentis. (a) Iure commercium est nullum rei sacræ, religiosæ, sanctæ, publicæ, vniuersitatis, liberi hominis, rei Principis, fundi hostium. (b) & eorum, quæ ædibus, porticui, balneis, tabernis, & popinis licetè ædificatis iuncta sunt. (c)

a) d. l. si in emptione. 34. §. i. l. domum. 57. in prin. ff. de contr. empt. & vendit. d. l. mortuo bove. 49. in prin. ff. de leg. z. l. i. ff. de heredit. vel act. vendit. l. qui superstis. 94. ff. de adquir. vel amitt. hered. (b) d. l. si in emptione. 34. §. i. & l. sed Celsus. 6. in prin. ff. de contr. empt. §. idem iuris est, si rem sacram. Instit. de inutil. stipul. l. cum seruus. 39. §. vlt. ff. de legat. i. l. liber homo. 103. in fin. ff. de verb. oblig. (c) l. cætera. 41. §. i. & §§. seqq. ff. de legat. i. l. fideicomissa. 11. §. si quis illicitè ff. de legat. 3. §. non solum. vers. sed si talis sit res. Instit. de legat.

## XLV.

Quorundam hominum commercio exemptæ res hæ sunt: Christianum mancipium exemptum est commercio Iudæi, pagani, hæretici; (a) militia commercio serui est exempta; (b) prædij prouin-

prouincialis commercium ademptum est prouinciarum Præsidibus. (c)

a) tot. tit. C. ne Christian. mancip. heret. vel Iud. hab. (b) d. l. fideicommissa. 11. §. si seruo. ff. de legat. 3. (c) l. qui officij. 62. ff. de contrah. empt. & vendit. d. l. Mortuo boue. 49. §. Labeo. & §. seq. ff. de Legat. 2. confert l. multum. 34. vbi Cuiac. & Donel. ff. de verb. oblig.

## XLVI.

In prædictas rerum distinctiones incidit & illa, quæ res aliæ diuini, aliæ humani iuris esse dicuntur. Nam diuini iuris dicuntur res sacræ, religiosæ, & sanctæ. Humani iuris sunt res communes, publicæ, vniuersitatis, & singulorum.

d. l. 1. in prin. ff. de diuis. rer.

## ADDITAMENTA.

I.

**Q**UÆRITVR: vtrum eorum sententia, qui hereditatem pro ipsis rebus hereditarijs accipiunt, tolerari possit? Placet negativa.

l. hereditas. 50. ff. de hered. pet. l. bona autem. 3. §. 1. ff. de bon. pos. l. nihil aliud. 24. l. hereditatis appellatio. 119. l. pecuniae verbum. 178. ff. de V. S. Diff. Alc. & I. Brechæus in explicatione. d. l. 24. ff. de V. S.

2.

Ambigitur: quibus rebus annumerandi sint pisces; vtrum mobilibus, an verò immobilibus? Si propagationis causâ asseruentur in stagno, his; (a) sint tantum custodiæ gratiâ, illis (b) accidunt.

a) Quia accessoriè hoc casu considerantur, & pars fluminis esse, censentur. arg. c. accessorium. 42. de R. I. in VI. Hart. Pist. lib. 1. quæst. 24. n. 64. & seq. Zaf. in epit. feud. p. 4. num. 2. & 3. Nec resistit, quod multi quotidie inde extrahantur. Non enim singula corpora; sed species hic considerantur. arg. l. eum debere. 33. ff. de seru. præd. vrb. l. proponebatur. 76. ff. de iudic. (b) l. lines, 15. ff. de act. empt.

An

3.

An Creditor ob æs alienum defuncti sui debitoris sepulturam  
impedire, seu cadauer eiusdem arrestare possit? Negatur.

1. cùm sit iniustum. vlt. cum Aut. seq. C. de sepul. viol. Nou. vt def.  
non iniur. à cred. 60. c. 1. arg. l. vlt. ff. ad L. Iul. de vi. priu. Schneid. ad S.  
religiosum. 9. in fin. Inst. de rer. diu. & prin. Inst. quib. ex caus. man.  
non lic. num. 10.

F I N I S D I S P V T A T I O N I S  
P R I M Æ.

Ka 3071  
(3/4)

ULB Halle  
003 261 573

3



sb

Bürobind. 3/1.





# Farbkarte #13

8  
7  
6  
5  
4  
3  
2  
1  
Centimetres  
Inches

B.I.G.	Black	3/Color	White	Magenta	Red	Yellow	Green	Cyan	Blue
19									
18									
17									
16									
15									
14									
13									
12									
11									
10									
9									
8									
7									
6									
5									
4									
3									
2									
1									

229.

## Classis IIII.

### P V T A T I O I.

V M Q U A L I T A T E,  
T D I F F E R E N T I A.

Q V A M

iinā aspirante gratiā.

P R A E S I D E,

R I S S I M O,

N S V L T I S S I M O

E N R I C O B O C E R O V. I. D  
in illustri Academia Tubingensi Professo-  
rrimo, Domino Praeceptore suo  
honorando:

I E X E R C I T I I G R A T I A,  
oqué solitis, pro ingenij tenuitate  
defendere conabitur

R G I V S L E B E M Y C V S  
Austriacus.



V B I N G AE  
et Georgius Gruppenbachius.

M. D. X C I X.

a